



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni

Bolland, Johannes

Antverpiae, 1648

Hymnvs II. Ex eadem tabulâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12748

Nostrumque fieri tutamen, quod præstet nobis Christus. Amen.

ψ. Ora pro nobis S. Libori. ^b. Ut digni, &c.

Or. Adesto, Domine, precibus nostris, quas in sancti Confessoris tui atque Pontificis Liborij commemoratione deferimus; ut qui nostræ iustitiae fiduciam non habemus, eius, qui tibi placuit, precibus & meritis adiuuemur.

a Vel deest aliquid, vel hac male dispuncta.

b Idem Ode quinta confirmat. Mirum id ab auro Saxone, qui Vitam & Translationem ante 750. annos scripsit, non tradi: nisi post illius euum acciderit.

H Y M N V S I I.

Ex eadem tabula.

Felix Præsul, ô Libori,

Stirpe natus meliori,

Luxus mundi refutasti;

Genus tuum adornasti

Vbertate ad virtutum

Claruisti Christi nutum:

Visus inopum amator,

Et Sanctorum imitator,

Castus, largus, & benignus,

Omni laude mundi dignus.

Ob hoc Deus dedit tibi

Dona sacra hîc & ibi:

Multa mira per te fecit,

Ab obfessis fordes iecit,

M 3

Mul-

182 VITA S. LIBORII PATRONI

S.Liborius
clarus mi-
raculis,
presentim
curatione
calculi,
ad pium sta-
sum iuuat:
 Mutos, surdos tu curasti,
 Cæcis visum reformasti,
 Colicæ tu sanas curas,
 Aufers calculi torturas.
 Qui & prece fortunatus
 Promoues piorum status,
 Hos ad sancta conuocando
 Valeas consequi precando,
 Hinc in bonum meum statum
 Aptes ipsum Deum gratum:
 Me virtutum claritate
 Frui fac, & sospitate;
 Ut procedat hinc laus Deo,
 Ac profectus mihi reo.
 Quod sum, tuum in exemplum,
 Da me fore Dei templum:
 Sua seruem ut mandata,
 Vitem mortis & peccata.
 Precor supplex te, Libori,
 Me dispone sancte mori;
 Ut post istum finem ita
 Queam in cælesti vitâ
 Deum verum collaudare,
 Gaudijs & abundare. Amen.

¶. Ora pro nobis S. Libori. ¶. Ut digni efficiamur, &c.

Deus qui populo tuo æternæ salutis B. Liborium ministrum tribuisti, quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem semper mereamur habere in cælis. Per Dominum.

III.